Quelle: https://manuscripta.at/?ID=772
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



aut dicentes quia siquis uideatur contentiosus esse. nos
talem consuetudinem non habemus neque ecclesia dei.
Si quis hoc facere noluerit usque quo corrigatur. Verum
tamen oportet cum summa diligentia probatione discu
tere et considerare ad quam partem unus quisque aptus sit ut
oportunus. et ita ei iungi quod cuique illud est opus uel
officii. ut neque illi qui iniungunt ex hoc ipso condemp
nentur quod non aptum alicui iniunxerint officium. et in
ueniantur mali esse dispensatores. ut animarum suae man
datorum domini. neque illi ipsi quibus iniungitur ocasionem
peccati ex hoc habere uideantur ut uoluntate aliquid agere.
si ei qui pesti iudicio committendum est unicuique ut res uel
necessitas expetit. Consulat primo omnium in his quae animae
prosunt. deinde secundo loco etiam ut incorporalibus usibus
secundum uoluntatem dei moderetur.
Si autem neglexerit dare fratri quod opus est.
Manifesta est de hoc sententia ex ipsis domini ubi dicen
tis Discedite a me maledicti in ignem aeternum. qui
praparatus est diabolo et angelis suis. Esurui enim
et non dedistis mihi manducare. Situi et non dedistis mihi
bibere. Ea quae sequuntur et quia maledictus est omnis qui fa
cit opera domini negligenter.
Et profectibus mandatorum dei una mensura est omnium. an aut
amplius alius minus debet aliquid.
Quia non sit una mensura in omnibus. si quia alii plus ci
bum. alii minus manifestum est ex ipsis domini ubi nunc
quidem dicentis. Aliud semen cecidit in terram bonam. et hic est
qui audit uerbum meum et intelligit et fructum affert aliud